

[II m 1]

RIDET id est deridet quia ad modum deridentis se habet GEMITUS  
 QUOS FECIT ULTRO id est spontanee (7) SIC ILLA LUDIT SUASQUE  
 PRÓBAT id est experitur VIRESQUE SUIS MONSTRAT MAGNUM OSTENTUM  
 id est miraculum SI QUIS UNA HORA VISATUR STRATUS id est miser AC  
 FELIX quasi diceret Fortuna uidetur exhibere SUIS scilicet  
 hominibus qui bonis eius inhiant magnum miraculum quando<sup>9</sup> aliquis  
 subito uidetur mutari de aduersitate in prosperitatem uel e conuerso.

[II p 2]

VELLEM AUTEM prosa secunda. Postquam ostendit Philosophia  
 non esse conquerendum de Fortuna quia circa Boecium<sup>1</sup> suam naturam  
 seruauit, hic ostendit non esse conquerendum de Fortuna quia nihil  
 iniuste Boecio abstulit. Et circa primum aduertendum quia secundum  
 Tullium in rethorica secunda libro quarto<sup>2</sup> figuram in dicendo  
 commutari oportet ut facile sacietas<sup>3</sup> varietate uitetur et ideo  
 Philosophia hic oracionem variat per introduccionem noue persone  
 (prosopopeiam). Quam quidem figuram Tullius libro eodem quo supra  
 uocat conformacionem. Primo ergo Philosophia hanc introduccionem  
 Boecio suggerit; secundo personam Fortune loquentem introducit ibi

9 quando JO quando scilicet R scilicet quando P /

1.Boecium RPO om. J / 2 quarto RO quarti P secundo J /

3 facile sacietas RPO sacietas J /

[II p 2]

(3) QUID TU O HOMO. Dicit ergo: O Boeci, iam audisti quid ego sencio de Fortuna. (1) AUTEM pro set VELLEM TECUM PAUCA AGITARE id est discutere VERBIS IPSIUS<sup>4</sup> FORTUNE. (2) TU IGITUR<sup>5</sup> ANIMADVERTE AN POSTULET scilicet Fortuna IUS id est iusticiam.<sup>6</sup> Deinde cum dicit (3) QUID TU<sup>7</sup> O HOMO incipit Fortuna loqui ostendendo querimoniam iniustum Boecii eo quod nichil ei iniuste abstulit. Et circa hoc duo facit. Primo enim Fortuna se nichil iniuste abstulisse Boecio ostendit. Secundo de inexplebili hominum cupiditate querimoniam facit metro secundo ibi SI QUANTIS. Circa primum tria facit. Primo enim Fortuna se nichil Boecio iniuste abstulisse ostendit. Secundo quandam responcionem Boecii excludit ibi (33) AN TU MORES. Tercio quasi consolando ipsum ad spem meliorum inducit ibi (43) QUID SI A TE. Circa primum duo facit. Primo enim suam rationem ponit. Secundo antipophore<sup>8</sup> respondet ibi (21) AN EGO SOLA. Circa primum aduertendum quod racio Fortune in hoc consistit quod nulli manet rationalis querimonia de eo qui nichil alienum aufert sed propria<sup>9</sup> pro libitu<sup>9</sup> disponit. Sed

4 uerbis ipsius RPO ipsius uerbis J / 5 igitur RPO ergo J /

6 iusticiam RPO iusticia J / 7 quid tu o homo J quam tu o homo R quantus homo P quam tu o homo O / 8 antipophore R antiphore P anti n.phore J antiaphore O / 9 propria pro libitu RPO propria libitu J /

Fortuna nichil abstulit quod Boecii erat sed propria pro libitu disponebat. ERGO etc. Istius autem racionis formam non ponit sed more inuestiō a conclusione incipiens probaciones premissarum annexit. Dicit ergo (3) O TU HOMO QUID ME REAM AGIS id est in reatum adducere niteris COTIDIANIS id est assiduis QUERELIS quasi diceret hoc facere non deberes, quod probans subdit (4) QUAM TIBI FECIMUS uel facimus INIURIAM ? quasi diceret nullam et hoc probans subdit QUE TIBI TUA BONA DETRAXIMUS ? quasi diceret nulla et est hic color rethoricus qui dicitur repeticio quem Tullius ponit in libro quarto rhetorice secunde. Quod verum sit quod NULLA BONA TIBI <sup>10</sup> DETRAXIMUS, dicit Fortuna quod parata est subire iudicium, unde subdit CONTENDE MECUM DE POSSESSIONE OPUM DIGNITATUMQUE <sup>11</sup> QUOUIS IUDICE quasi diceret tam certa sum quod nullum iudicem renovo. Deinde facit syneresim et est syneresis ut hic accipitur spontanea concessio in hiis que nobis non nocent. Hanc facit Fortuna cum dicit (6) ET SI MONSTRAVERIS CUIUSQUAM MORTALIUM QUID id est aliquid HORUM ESSE PROPRIUM, IAM EGO EA QUE TU TIBI REPETIS TUA FUISSE SPONTE CONCEDAM. Istud enim concedere non oporteret nisi uellet sed ideo concedit quia proposito suo non nocet. Quod autem ista nec Boecii nec alicuius mortalium propria sint ostendit dicens (9) CUM <sup>12</sup> NATURA TE UTERO id est de utero MATRIS PRODUXIT <sup>12</sup> NUDUM REBUS OMNIBUS

10 tibi RPO om. J / 11 dignitatumque R -ue PJ dignitatum O /

12 cum natura . . . produxit P0 (te natura R) cum te [matris eras.] ab ///// utero matruum produxit J /

INOPEMQUE SUSCEPI. Et nota<sup>13</sup> hic miseriam hominis: si enim  
 nudus nasceretur et nullo indigeret minus<sup>15</sup> miser esset. Sed modo  
 nudus nascitur nichil possidens et pluribus indigens (10) MEIS  
 scilicet et<sup>16</sup> non tuis quia nichil habuisti OPIBUS FOVI ET QUOD TE  
 NUNC IMPACIENTEM NOSTRI FACIT<sup>17</sup> FAVORE PRONA INDULGENCIUS EDUCAVI.  
 Si enim a principio Boecius infortunatus fuisset uel in asperitate  
 fortune educatus fuisset non fuisset modo impaciens quod fortunam  
 amisisset. AFFLUENCIA ET SPLENDORE OMNIUM QUE MEI IURIS SUNT  
 CIRCUMDEDI. (13) NUNC MICHI RETRAHERE MANUM LIBET quia possum uti  
 hiis que mea sunt et non tua pro libitu meo.<sup>18</sup> (14) HABES GRACIAM  
 id est habes<sup>19</sup> quare debes mihi grates<sup>20</sup> reddere VELUT USUS ALIENIS  
 NON HABES IUS QUERELE. (16) QUID IGITUR<sup>21</sup> INGEMISCIS scilicet  
 querelando NULLA TIBI A NOBIS ILLATA EST INIURIA<sup>22</sup> quia nichil tuum  
 sed tantum meum abstuli, quod patet per hoc quod istam Fortunam  
 tamquam dominam consequuntur.<sup>23</sup> Unde dicit (18) DOMINAM scilicet  
 me esse FAMULE scilicet honores opes et huiusmodi<sup>24</sup> COGNOSCUNT

-----  
 13 et nota RPO nota J / 14 enim RPO non J / 15 minus RPO nus J /  
 16 scilicet et RPO et J / 17 facit RPO fiat J / 18 meo RPO tuo J /  
 19 habes RPO homines J / 20 mihi grates JO graciam RP / 21 quid  
 igitur RO quid ergo J quid P / 22 iniuria RPO et iniuria J /  
 23 consequuntur JO consequitur RP / 24 honores opes et huiusmodi RJ  
 honores et huiusmodi Q honores et huius P /

cuius signum est hoc quod<sup>25</sup> MECUM VENIUNT ME ABEUNTE DISCEDUNT.<sup>26</sup>

(19) AUDACTER AFFIRMEM, SI TUA FORENT QUE CONQUERERIS<sup>27</sup> AMISSA NULLO  
MODO PERDIDISSES. Si enim tua fuissent, pro uoluntate ea retinuisses;  
in tantum enim aliquid alicuius esse dicitur in quantum potestatem  
in illud pro uoluntate exercere potest. Deinde cum dicit (21) AN EGO  
respondet cuidam antipophore. Posset enim aliquis dicere Fortune  
quod quamvis ista sunt tua tamen postquam bonis tuis cepisti aliquem  
fouere non deberes ullo modo deinceps fauorem tuum subtrahere. Huic  
quasi respondens dicit quod hoc esset contra ius<sup>28</sup> et natura<sup>m</sup> suam  
quam nullus debet sibi auferre sed magis secundum condicionem nature  
sue uti ea unde dicit AN EGO SOLA IUS<sup>29</sup> MEUM EXERCERE PROHIBEBOR<sup>30</sup>  
cum tamen omnia alia naturam suam sine uiolencia impedimenti<sup>31</sup>  
exerceant, quod probat<sup>32</sup> inductiue per exempla multa unde dicit  
(22) LICET CELO PROFERRE LUCIDOS DIES ET EOS TENEBROSIS NOCTIBUS  
id est obscuritatibus CONDERE id est abscondere et sic uices suas  
alternare. (23) LICET ANNO NUNC id est aliquando TERRE VULTUM  
id est superficiem FLORIBUS FRUGIBUSQUE REDIMIRE id est ornare

25 hoc quod JO quod RP / 26 discedunt RP discedant O descendunt J /

27 conquereris RO conqueris J cum queris P / 28 contra ius RPO  
contrarium J / 29 ius RPO uis J / 30 prohibebor JO prohibeor R  
prohibeo P / 31 impediti J / 32 quod probat RPO et probat J /

NUNC ALIA VICE NIMBIS id est pluuiis impetuosis FRIGORIBUSQUE CONFUNDERE. IUS EST MARI NUNC STRATO EQUORE BLANDIRI sicut fit sereno tempore NUNC PROCELLIS AC FLUCTIBUS INHORRESCERE sicut fit in tempestatibus. Sic <sup>igitur<sup>33</sup> ergo inducendo in omnibus patet quod omnia sine impedimento alternant uices secundum mores nature sue.<sup>34</sup> Cum ita sit in aliis (27) INEXPLETA CUPIDITAS HOMINUM ALLIGABIT NOS AD CONSTANCIAM NOSTRIS<sup>35</sup> MORIBUS ALIENAM<sup>35</sup> ? quasi diceret non.</sup>

Proprietatem enim nostram naturalem nemo nobis auferre poterit..

Unde subdit (28) HEC NOSTRA<sup>36</sup> VIS id est naturalis potestas HUNC CONTINUUM LUDUM LUDIMUS; ROTAM<sup>38</sup> VOLUBILI ORBE VERSAMUS id est bona temporalia quadam circulacione dispensamus INFIMA SUMMIS ET SUMMA INFIMIS<sup>39</sup> MUTARE GAUDEMUS quia unum quodque in sua naturali operacione delectatur, [unde uanum<sup>40</sup> est quod aliquis<sup>40</sup> naturam nobis

naturae auferre sed magis uti debet ea secundum condicionem eius.

Cum ergo natura nostra in mutabilitate consistat non queras in me constanciam sed magis utere mea mutabilitate secundum condicionem eius.]

Unde subdit (31) ASCENDE SI PLACET scilicet utendo prosperitate<sup>41</sup> quam tibi offero SED EA LEGE NE UTI<sup>42</sup> ita quod non PUTES INIURIAM

33 ergo JR igitur P0 / 34 nature sue RP sue nature J0 / . 35 nostris moribus alienam RP alienam nostris moribus J0 / 36 hec nostra R(0) hoc hec nostra P hoc nostra J / 37 uis RPO ius J / 38 rotam RPO rota J / 39 infims J / 40 uanum est quod aliquis RPO quod uanum est aliquis J / 41 prosperitate R0 prosperitatem PJ / 42 ne uti JR uti non P0 /

DESCENDERE scilicet in aduersitatem CUM RACIO LUDICRI MEI POSCET.  
 Deinde cum dicit (33) AN TU MORES remouet quandam excusacionem  
 Boecii. Posset enim Boecius se excusare de hoc, quod conquestus  
 est de mutabilitate Fortune, per hoc, quod nesciuit mores Fortune  
 in mutabilitate consistere, hoc hic excludit tali racione quia non  
 est uerisimile quod aliquis ignoret illud quod diuulgatur ex gestis  
 famosis clamoribus cotidianis et doctrinis publicis. Sed huiusmodi  
 est mutabilitas Fortune, ergo etc. Primo ergo probat quod mutabilitas  
 Fortune diuulgatur<sup>43</sup> ex gestis famosis tangendo duo gesta famosa,  
 quorum primum est de Creso rege Lidorum. Qui pugnaturus<sup>44</sup> contra  
<sup>45</sup> Cyrus regem Persarum consuluit Apollinem<sup>46</sup> qui respondit huiusmodi  
 uersiculo: Cresus perdet Alym transgressus maxima regna.<sup>47</sup> Alym  
 autem fluuius erat et intellexit Cresus oraculum sic: Cresus  
 transgressus Alym perdet id est destruet maxima regna sed Apollo  
 non ita intellexit sed sic: perdet id est amittet. Et ita contigit.  
 Nam Cresus transgressus Alym uictus est a Cyro et captus in igne  
 positus est sed tanta inundacio pluie facta est quod extinctus est  
 ignis et ita euasit. Unde cepit gloriari multum quod ita euasit,

43 diuulgatur O deuulgatur RJ (clamoribus cotidianis . . . duo gesta  
 famosa om.P) / 44 erat ante pugnaturus alia manus add. in mg. J /  
 45 Cyrus RPO Sirum J / 46 apollinem O applioem R apolinem P  
 appollinem J / 47 maxima regna JRO maximum regnum P /

cui ait Hanma<sup>48</sup> filia sua: expecta ultimum diem quoniam ante nulla est gloria. Unde Ouidius Methamorphoseon libro tercio:

sed scilicet ultima semper  
exspectanda dies homini est dicique beatus  
ante obitum nemo supremaque funera debet.

Quadam uero nocte uisum est Creso per sompnium<sup>49</sup> quod erat super altam arborem ubi eum Iupiter rigabat et Phebus siccabat. Quod cum narraret filie sue predicte dixit ei: <sup>50</sup> captus a Cyro positus eris in cruce ubi Iupiter, id est aer et pluua, rigabunt te; Phebus, id est sol, te siccabit. Quod ad ultimum contigit. Et in hoc manifeste mutabilitas Fortune perpendi potest. Dicit ergo (33) AN TU o Boeti MORES MEOS IGNORABAS ut per hoc excusatus uidearis, quasi diceret non, quia ex gestis famosis satis patent; unde subdit (34) NON SCIEBAS CRESUM REGEM LIDORUM FORMIDABILEM PAULO ANTE scilicet propter magnitudinem potencie CYRO scilicet regi Persarum MOX DEINDE id est cito post MISERANDUM scilicet quia bello deuictum TRADITUM FLAMMIS ROGI scilicet ut combureretur MISSO CELITUS YMBRE DEFENSUM. Aliud eciam gestum famosum quo perpenditur mutabilitas Fortune tangit quia Paulus consul Romanus contra<sup>51</sup> regem Persarum qui superbissimus erat missus cum deuicisset et cepisset

2 135-137

-----  
48 hanma J hanma R heunia P hauma O / 49 sompnium RP sompnium JO /  
50 ei RPO enim J / 51 contra RPO pugnaturus contra J /

eum considerans eius prosperitatem preteritam et aduersitatem presentem pietate motus cepit flere. Unde dicit (36) NUM TE PRETERIIT id est num consideras PAULUM scilicet consulem Romanum IMPENDISSE PIAS LACRIMAS CALAMITATIBUS PERSI REGIS A SE CAPTI. Secundo cum dicit (38) QUID TRAGEDIARUM probat mutabilitatem Fortune diuulgari cotidianis clamoribus quia clamores poetarum cotidie in theatro recitancium tragedias nichil aliud continebant quam mutabilitatem<sup>52</sup> Fortune. Et nota quod tragedi dicuntur secundum Ysidorum Ethymologiarum libro 18,<sup>53</sup> capitulo de ludo scenico, illi qui antiqua gesta atque facinora sceleratorum regum luctuoso carmine spectante populo<sup>54</sup> continebant.<sup>a</sup> Unde tragedia est carmen de magnis iniquitatibus a prosperitate incipiens et in aduersitate terminans. Et dicitur tragedus a tragos quod est hircus et oda cantus quia huiusmodi cantus hirco remunerabatur. Dicit ergo QUID ALIUS DEFLET CLAMOR TRAGEDIARUM NISI FORTUNAM VERTENTEM REGNA FELICIA ICTU INDISCRETO ? id est euentu incerto, quasi diceret nichil. Tercio cum dicit (40) NONNE ADOLESCENTULUS ostendit mutabilitatem Fortune diuulgari doctrina publica. Quia enim nichil magis notum uel magis publicum erat quam doctrina Homeri qui uolens notare mutabilitatem Fortune describit domum Iouis et dicit in limine<sup>55</sup> illius duo dolia iacere unum bonum et aliud malum omnesque

a XVIII x ] v      b I. XXIV, 527.

52 nu / tabi<sup>te</sup> J / 53 18 P0 9 R 19 J / 54 pp<sup>o</sup> J / 55 limine RPO  
lumine J /

domum intrantes de utroque aliquid<sup>56</sup> haurire sed<sup>57</sup> quosdam plus de bono quosdam plus de malo.<sup>57</sup> Et hec descripcio in templo Iouis Athenis publice depingebatur, ubi Boecius adolescens studuerat sicut ipse narrat libro<sup>58</sup> de disciplina scolarium. Vocat autem Homerus domum Iouis sublunarem regionem id est mundum propter aerem qui in eo est<sup>59</sup> limen uero terram que inferior ad modum liminis calcatur, duo dolia prosperitatem fortune et aduersitatem; sed omnes qui intrant, id est qui uiuunt in mundo, de utroque hauriunt sed quidam plus de bono quidam plus de malo. Dicit ergo NONNE ADOLESCENTULUS id est quando iuuenis eras Athenis DIDICISTI IN IOVIS LIMINE<sup>60</sup> IACERE residuum auctoritatis Homeri ponit<sup>61</sup> in Greco quia Homerus Grecus erat et Grece scripsit et sonat in Latino tantum: duo dolia unum quidem malum alterum bonum. Et ita oportuit te de utroque gustare et ideo non debes conqueri si aliquando aduersa pateris et precipue cum maior fuerit tua prosperitas quam

56 de utroque aliquid JO aliquid RP / 57 sed quosdam plus de bono quosdam plus de malo JO secundum quosdam plus de bono sed quosdam plus de malo R sed quosdam plus de malo P / 58 libro de disciplina scolarium JO de scolastica disciplina R de disciplina scolarium P / 59 qui in eo est R que in eo est JO qui est in eo P / 60 limine RPO limen J / 61 ponit RO ponat P posuit J /

S

aduersitas; ad quam designandum <sup>subdit</sup> (42) QUID SI UBERIUS DE BONORUM PARTE SUMPSISTI quasi diceret tunc<sup>62</sup>, nullum tibi manet ius querele. Deinde cum dicit (43) QUOD SI A TE quasi consolando Boecium ipsum ad spem meliorem inducit. Continuacio: Tu ita doles quod ego Fortuna a te discessi<sup>63</sup> (43) SED QUID SI NON TOTA A TE DISCESSI ? Numquid<sup>64</sup> ita debes inconsolabiliter dolere? quasi diceret non utique Fortuna tota<sup>65</sup> a Boecio discessit quia magna pars prosperitatis remansit, ut patebit infra, nec eciam sic discessit quin spes equalis uel maioris prosperitatis remansit. Sicut enim racione mutabilitatis Fortune prosperitati succedit aduersitas, sic racione eiusdem aduersitati succedit prosperitas. Et hoc est quod dicit (43) QUID SI HEC IPSA MEI MUTABILITAS EST TIBI IUSTA CAUSA SPERANDI MELIORA ? quasi diceret tunc non debes tam impacienter loqui de me. (45) Tamen ne contabescas animo supple siue meliora speranda sint siue non et locatus intra regnum commune omnibus ne desideres vivere proprio iure id est singulari iure quia hoc esse non potest quod eximaris a legibus communibus.

62 tunc J0 nunc RP / 63 discessi JR decessi P0 / 64 numquid ROD num inquid P numquam JG / 65 tota P0 non tota RJ /